



## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis hierosolymitanis episcopis [et] eoru[m]que successio[n]e.  
Cap[itulum]. viij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

**C**ertusdecimus theonas: qui sedit annos .xij. de quo supra .x. kal. septembris. **D**ecimusseptimus petrus: de quo supra eius passione actus est .vi. kal. decembris. qui sedit annos .xij. **D**ecimusoctavus achillas: de quo supra in eius legenda .vij. idus nouembrii. qui sedit annos .ix. **D**ecimusnonus alexander: de quo similiter supra in gestis eiusdem .iij. kal. martij. sedit annos .vii. **V**igesimus arbanasius doctor insignis. qui sedit annos .xvi. de quo supra actus est in gestis eius .vi. nonas maii. **V**igesimusprimus petrus secundus: qui licet martyr non fuerit: de sede tamen eiecit ad tempus per quendam lucium hereticum: qui alexandriam ecclesiam inuasit. **V**igesimusecundus huic successit timotheus: sub quo liber prefatus ecclesiastice historie concludit. Omnes autem pronominati gloriosi pontifices in sanctorum numero collocantur.

**D**e sanctis Antiochenis episcopis et eorum successione. Cap. vii.



**M**atio

cheni episcopi: quorum successiones et tempora in eodem ecclesiastice historie libro conferta sunt: et qui in sanctorum catalogo ponuntur: sunt numero .xxiiij. videlicet a beato petro apostolo: qui primus antiochie sedit usque ad episcopatum flavianum: qui floruit tempore: quo dictus liber conclusiois suorum temporum finem accepit. **S**ecundus autem pontificatus primus fuit beatus apostolus petrus: qui primas eius ecclesie antiochene cathedram accipiens: ibidem sedit annos .vij. sicut dictum est supra in cathedra sancti petri .xiiij. kal. martij. **S**ecundus fuit zachaeus: cuius idem apostolorum princeps antiochia discedens: eandem ecclesiam commendavit: sicut habet in itinere rariorum beati dionysii. et de hoc supra dictum est .x. kal. septembris. **H**ic autem episcopus in libro ecclesiastice historie non ponitur: forte ex eo quod non vere successores petri: sed quasi eius vicarius fuerit: cum ut dictum est: ei petrus dictam ecclesiam commendavit: et modico tempore ibidem presides forte ante petrum occupavit. **T**ertius fuit enodus episcopus et martyr: de quo supra in eius passione actus est per diem nonum maii. **Q**uartus fuit ignatius episcopus et martyr: de quo etiam actus est in eius passione .kal. februarij. **Q**uintus fuit herodes episcopus et martyr: de his habet in tertio ecclesiastice historie libro. **S**extus fuit cornelius. **S**eptimus fuit herodes secundus. **O**ctavus theophilus: qui sextus post apostolos describitur occasione memorata. **E**t de his habetur mentio ecclesiastice historie libro .iij. **N**onus successit marinus. **D**ecimus serapio: et de his duobus in libro .v.

fuit asclepiades: de quo supra .xx. kal. nouembrii. **D**uodecimus phileus. **T**redecimus autem fuit zebenus. **Q**uartusdecimus babilas martyr: de quo supra actus est in eius passione .x. kal. februarij. **E**t de his in libro .vi. ecclesiastice historie tractat. **D**ecimusquintus his successit fabianus: et de hoc etiam in prefato libro mentio habet. **D**ecimussextus autem fuit demetrianus. **D**ecimusseptimus fuit domus. **D**ecimusoctavus successit timeus. **D**ecimusnonus h. r. **V**igesimus autem fuit doxotheus: vir eruditissimus et in scripturis diuinis satis interitus: qui pro multa diligentia etiam hebraica lingua didicerat. **H**ec autem eruditio liberali a puero fuerat instituta. **I**s eunuchus a natiuitate fuit: quem diocletianus imperator in admiratione et veneratione habebat: et ei contulerat hypostropham. **C**uius et eusebius cesariensis ecclesie conscriptor historie auditor fuit ut de seipso tradit. **V**igesimusprimus huic successit tyrannus: sub quo ecclesiarum persecutio increuit. **D**e his agit ecclesiastice historie libro .viij. **V**igesimusecundus fuit eudoxius. **V**igesimustertius autem successit meletius: de quo supra dictum est per diem nonum decembris. **E**t de his duobus habet in .x. ecclesiastice historie libro. **V**igesimusquartus autem voltimus conscribit flavianus: in ipso historie libro .xi. **Q**uo tempore liber iste: ut dictum est finem faciet et sue narrationis conclusionem.

**D**e sanctis hierosolymitanis episcopis et eorum successione. Cap. viij.



**H**ierosolym

mitani episcopi et eorum successiones ac tempora in eodem libro ecclesiastice historie ordine et ordine ponuntur: qui et sanctorum numero describuntur. **E**t hi a beato iacobo apostolo usque ad tempus: quo sue historie liber ipse finem facit .xxxiij. numero colliguntur. **E**t his autem .xx. priores fuerunt ex hebreorum populo pontifices constituti: priusquam aliquis ex gentibus ad episcopatum ipsius ecclesie assumeretur: qui omnes in ipsius ecclesiastice historie libro .iij. ex ordine ponuntur. **E**t de his mentio habita est supra in gestis zachaei episcopi hierosolymitani .x. kal. septembris. **P**rimus quorum fuit iacobus frater domini: de quo supra actus est in eius passione .kal. maii. **S**ecundus fuit symeon: et de hoc supra dictum est .xii. kal. martij. **T**ertius fuit iustus. **Q**uartus successit prenomiatus zachaeus de quo supra. **Q**uintus vero fuit tobias. **S**extus beniamin. **S**eptimus iohannes. **O**ctavus mathias. **N**onus philippus. **D**ecimus seneca. **U**ndecimus vero successit iustus secundus. **D**uodecimus

De sanctis quorum dies cele. igno. Fo. cccviii.

mus leui. **T**redecim<sup>o</sup> effrē. **Q**uartode-  
cimus ioseph. **Q**uintodecimus et finis ho-  
rum iudas. **P**ost istos aut cepit ex gētib<sup>9</sup>  
in ibi ecclesia congregari: sub bello adriano i-  
peratore. **E**t pūm<sup>9</sup> quidē ex gentibus ipsius  
ecclesie sacerdotiū suscepit. **M**arcus marty-  
simul et ep̄s de quo supra in eius passiōe actū  
est. xi. kal. nouēbris. **S**ecundus vō successit  
asianus. **T**ertius publius. **Q**uartus aut  
maximus. **Q**uintus vō fuit iulian<sup>9</sup>. **S**e-  
xtus cāius. **S**eptimus iulianus secundus.  
**O**ctauus capibon. **N**onus valēs. **D**eci-  
mus volitians. **E**ndecimus successit nar-  
cissus. **D**e quo supra actum est in gestis eius  
iij. kal. nouēbris: hī oēs prefate hystorie ec-  
clesiastice libro. v. successiue ponunt. **D**uo-  
decimus hīs successit alexāder olim ep̄s cap-  
padocie de quo in eius legenda supra. xv. kal.  
ap̄ilis. **E**t hic martyrio coronat<sup>9</sup> est: vt de eo  
habetur ecclesiastice hystorie libro. vi. **T**re-  
decim<sup>9</sup> successit mazabanes. et de hoc eodē li-  
bro. vi. **Q**uartodecimus fuit hymeneus.  
**Q**uintodecim<sup>9</sup> zabdas: et de his libro. vii.  
mētio fit. **D**ecimus sextimus successit cyril-  
lus: de quo sup. iij. kal. februarij. **D**ecimus  
octauus aut et vltimus iohānes: de quib<sup>9</sup> duo-  
bus in libro. xi. mētio habetur. **E**t cū horum  
vltimo liber ipse terminatur.

De sanctis Cesaree palestine  
episcopis. Cap. ix.



**C**esaren

ses ep̄i illius vi-  
delicet cesaree q̄  
est in palestina:  
qui i pfato ecclesiastice hysto-  
rie libro facti ponunt: et suc-  
cessiue sibi connumerant fue-  
rūt quattuor. **P**rim<sup>9</sup> quo-  
rū est theotistus: de quo ha-  
betur libro. vi. q̄ auditor: fuit origenis: et vna  
cum sancto alexādō hierosolyme ep̄o: omne  
pene vite sue tempus ad audiendum ipsum  
mancipabāt: atq; ipsi soli diuinis scripturis  
et ecclesiastica doctrina summa magisterij cō-  
cedebāt. **S**ecundus fuit dominus: qui post  
breue tempus defunctus est. **T**ertius theoti-  
gnus qui etiam origenis auditor fuerat. **E**t  
de his duobus fit mētio libro. vii. capitulo  
xviij. **Q**uartus successit agapius: qui mul-  
to labore: multaq; diligentia in gubernatio-  
ne populi adhibita: et precipue erga indigē-  
tes paternā prouidentia ferebatur. **A** quo et  
vir per omnia prudentissimus vita eruditio-  
ne et moribus adornatus: pamphilus ipsi ec-  
clesie presbyter surrogatus est: vt habetur li-  
bro. vii. ecclesiastice hystorie. cap. xvij.

De sanctis Laodice ep̄is. Cap. x.



**L**adici

enses sancti ep̄i  
q̄ sanctorū mi-  
mero. confert  
bunt in premissio libro. v. no-  
minatim et plicant. **P**ri-  
mus quorum fuit secrates.  
**S**ecus eusebius alexādri-  
nus genere: qui in cā pauli  
famosateni ad ptes syrie cū venisset: q̄ esset i  
scriptur<sup>9</sup> diuinis erudit<sup>9</sup> a fratrib<sup>9</sup> studiosis  
velut thesaurus q̄dā rēper<sup>9</sup> vtra nūq̄ abi-  
re pmissus est: sicut dionysius i ep̄istolis suis  
scribit. **T**ertius huic successit anacoli<sup>9</sup>: de  
quo supra actū est in ei<sup>9</sup> festo. vi. idus martij.  
**D**e his agit lib. vii. c. xvij. **Q**uartus fuit  
ser<sup>9</sup> ep̄s. **Q**uintus aut successit stephan<sup>9</sup>  
qui nō fuit sc̄tus. Nam de eo habetur: q̄ licet  
eruditione et eloquētia prioribus nō inferior  
fuerit: sed fidei virtute lōge dissimilis: sicut  
psecutionis ignis pbauit. Nihil em̄ philoso-  
phie in necessitate rētationis ostēdit. **S**e-  
xtus aut et vltim<sup>9</sup> qui et sc̄tus noiat theodo-  
tus vir: nō solum v̄bis: sed rebus et virtutib<sup>9</sup>  
ornatus. **H**ic arte quidē medicus fuit. **S**ed et  
aiarum a dño translatus est in medicinā: ve-  
re incōparabilis: qui sup omnes pene hoies  
fide misericordia studio vigilātia atq; omni-  
bus optimis institutionibus claruit. **I**n scri-  
pturis quoq; diuinis laborem q̄ plurimū gel-  
sit. **H**ic in pace quieuit. iij. non. nouēbris.  
**H**ec prefato libro septimo. cap. xvij.

De sancto modesto cōfessore. Cap. xi.



**M**odestus

cōfessor vita et do-  
ctrina ap̄o antio-  
chias claruit tpe  
marci antonij imperatoris.  
**Q**ui i diuinis scripturis nō  
mediocriter erudit<sup>9</sup> magni  
ficēt<sup>9</sup> ceteris aduersus mar-  
tionē hereticū: oēs ipsius de-  
cepciones et fallacias: relecto q̄ velabant neq̄-  
tie tegmine denudauit: et apud ipsam urbē in  
pace quieuit. **S**ub seucro p̄ncipe humanitat<sup>9</sup>  
debitis soluens. **D**e hoc ecclesiastice hystorie  
libro quarto. cap. xv.

De sc̄o musanophisio cōfessore. Cap. xij.



**M**usanus presby-

ter et p̄fessor apud alexādria eo-  
dē tpe claruit. **C**ui<sup>9</sup> ap̄lice fidei  
et sanc̄e doctrine monimēta ad eu-  
sebiū cesariēlez puenisse dnr. **E**t etiā serf li-  
bellus multa elegantia script<sup>9</sup> ad q̄sdā fr̄es  
qui declinauerāt ad heresim: q̄ dicit enkratē